Quelle: http://manuscripta.at/?ID=763
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



simus mandatorum eius ad faciendum
ea · quia sicut dicit beatus Jacob?
Si quis prospexerit in lege perfecta libertatis · et permanserit non auditor
obliviosus · sed factor operis hic beatus
in facto suo erit · Et dominus in evangelio · Beati qui audiunt verbum
dei · et custodiunt illud · Igitur si
que precaptuntur nobis in monasterio constituta · studiose adtendamus · Primum inquit propter
quod in unum estis congregati · ut
caritatis vinculum custodiatis · ut unanimes habitetis in domo ·
Primo nobis admonendum est de
unitate et de concordia que inter
fit · Nam concordia ad faciendum
pecunia · mala est · Concordia vero ad
faciendum bona · ad sectandam
iustitiam · ad serviendum deo voluntas est · Et hoc est propter quod in unum estis
congregati · scilicet ut in servitio
domino unum spiritum et unum animum
habeatis · et ideo precaptum · Et unanimes habitetis in domo et sit vobis
anima una et cor unum in deo · Oportet eum simul unum simus congregati
corporaliter · ut simul habitemus spiritaliter · Non enim prodest si nos con
iungit una domus · et separat diversa
voluntas · Plus enim adtendit deus
unitatem animi quam loca · Etsi
in una domo simus plures habeas
duas si mores · duas corda · duas cas · Hec omnia debet coniungere in unum
una intentio · et unus amor in eum ·

Debemus ergo in hoc esse unus animus · et unus voluntatis · et intentionis ·
ut serviamus deo · et diligamus eum
ex toto corde · et ex tota anima · quia
ipse unum sicut nos · Necessaria igitur
est nobis virtus concordiaque sicut
ipse potest · Si frater ad venerandum
monasterium · incipit se spoliare propria
voluntate atque istum unitatem · quam
non eum vetuit facere voluntatem meam ·
Et iterum · Non sicut ego volo pater ·
sed sicut tu · Hoc est eum qui maxime ad
dunat concordiam · et hoc in magne
humilitatis indicium · Inde generatur obedientia · ac lata caritas · et pax
atque iustitia · ceteraque virtutes · Quod
si ego volo facere voluntatem meam ·
et ille suam · et iste suam · fiunt dissentiones · oriuntur lites · ire quoque
et iure · que sunt opa carnis · et nisi
aliquis · Qui talia agunt regnum
dei non consequuntur · Sunt quidam
in congregatione obstinati in suo sensu
sapientes in oculis suis · Hi qui ma
lo concepserunt · quasi cernaque de
fendunt · nec se alios · sed illos sibi
obtemperare contendunt · et si viderit
sibi non obtemperari · statim commo
ventur · et alios perturbant · Ta
les esse solent mandatis seniorum
inobedientes · plurimique regum
tues passio inobedientiae · et im
patientiae · iste enim non [illegible] ad concordiam · Nam iuxta apli
cum · euanuerunt in cogitationibus suis · et obscuratum est in